

memoria retineri: rursusq; prae manibus
inter illos libros exponendos excitari solent.

Demum benignum lector em admonendum duximus, unum quidem opus hoc esse, nec eius disputationes fuisse ab uno volumine seiungendas, nisi aliqua nos ratio coegisset. Nam, in primis ne mole sua nonnihil afferret molestia, in duo volumina, illud diuisimus: deinde verò, ut, quoad fieri posset, nostrorum laborum studiosis debitum officium praestaremus, hoc prius emisimus statim ac è prelo prodijt, quanuis aliud eò iam processerit, ut existimem, non prius hanc partem perlectam fore, quàm illa fuerit in lucem edita. Vtinam utraque, & cetera, quae molimur, in magnam Dei Optimi Maximi gloriam, & Ecclesiae Catholicae utilitatem cedant. Vale.

